

D. A. G.

DISSERTATIO

HISTORIAM  
BIBLIOTHECÆ  
REGIÆ ACADEMIÆ ABOENSIS  
EXPONENS,

---

CUJUS

PARTICULAM DECIMAM QUINTAM,

*Conf. Ampl. Facult. Phil. in Illustri ad Auram Lyceo,  
Publico examini subjiciunt*

AUCTOR

HENRICUS GABRIEL  
PORTHAN,

ELOQUENTIÆ PROFESSOR REG. ET ORD.

ET RESPONDENS

ERICUS WIKSTRÖM,

Sveo - Gothus.

In AUDITORIO MAJORI Die xx Junii

An. MDCCLXXXV.

H. A. M. C.

---

A B O Æ,

Impressa apud Viduam Reg. Acad. Typ. J. C. FRENCKELL.

KONGL. MAJ:TS  
TRO-TJENARE OCH MAJOR,  
SAMT  
RIDDARE AF KONGL. SVÄRDS-ORDEN,  
VÅLBORNE  
HERR WENTZEL FREDRIC  
ROTKIRCH.

Utaf en tacksam drift då hjertat eldad är,  
Men saknar utväg och förmåga,  
At te i dagen fram sin låga,  
Hon stängd, men icke släckt, sig uti tyfthet når;  
Och när des föngsel öppnad blifver,  
Hon tränger fram med dubbel ifver.  
Så skyndar känslan sig, den EDER ynnest tändt  
Uti mit bröst, at sig förklara;  
Tillåten desfa blad få vara  
Den tolk som tyder ut hvad hjertat länge kändt.  
Jag i ERT Ådla Hus förfarit  
En ynnest, hvilken mäktig varit  
At åt en tacksam själ et vördnads intryck ge  
Til hvilket tidens våld ej hinner:  
All tilväxt som ER fällhet vinner,  
Skal, som sin önskans mål, hon ståds med vållust se.

VÅLBORNE HERR MAJORENS OCH RIDDARENS

*Ödmjukaste tjänare*  
ERIC WIKSTRÖM.

VIRO  
ADMODUM REVERENDO ATQUE PRÆCLARISSIMO,  
DOMINO  
MAG. PETRO HULTMAN,  
PAROECIARUM BÆLINGENSIS ET TYSTBERGENSIS PA-  
STORI MERITISSIMO, NEC NON CONTRACTUS NYCOPEN-  
SIS ORIENTALIS PRÆPOSITO VIGILANTISSIMO,  
PATRONO INDULGENTISSIMO,

Tot tantaque, Patrone Faventissime, ab illo inde tempore quo in pul-  
vere sudabam scholastico, in me immerentem beneficentiæ TUÆ  
existare voluisti documenta, ut illis digne prædicandis tenuis mea neu-  
tiquam par sit dicendi facultas. Per quinque enim integros annos, in  
Domo TUA Honestissima versanti, beneficia præstitisti, quæ majora ab  
indulgentissimo haud potuissent patre proficisci, semperque singulari  
me postea etiam dignatus es patrocínio. Ad Academiam iter facturo,  
ulteriusque in studiis literarum proficendi cupido, quum nihil suppe-  
teret adjumenti atque subsidii, TU paterno plane affectu ac indul-  
gentia liberalem mihi opem præbuiisti. Cujus benignitatis, quomodo  
unquam menti meæ exidere memoria poterit, aut sensus quem excita-  
vit gratissimi animi, interire? Nihil autem habeo, nisi hunc sensum,  
quo tanta rependam beneficia. Illius igitur significandi publiceque de-  
clarandi, hanc lætus arripui occasionem, cum primum mihi studiorum  
hic collocatorum esset specimen edendum. Accipe hunc, devotissimus  
rogo, officii pietatisque indicem, sereno quo soles vultu: favoreque  
TUO, mihi exoptatissimo, complecti memet perge. Meum semper e-  
rit, ad Summum Numen calidissima fundere vota, velit TE, Patrone  
Optime, favore suo Divino protegere, augere ac beare: ut properans  
jam ad canitiem ætas TUA, viribus roborata & perennis circumfluens  
felicitatis copia, vegeta valensque quam diutissime conservetur, inque  
Familiæ TUÆ Honestissimæ, amicorum & clientum TUORUM præsidium,  
gaudium atque ornamentum floreas! Ad cineres venerabundus  
permanebo

ADMODUM REVERENDI NOMINIS TUI

*cultor humillimus*

ERICUS WIKSTRÖM.

# THESES RESPONDENTIS.

## THES. I.

Quod *CLERICUS* dixit, *raros libros raro esse præstantes*, ut de multis hujus generis scriptis oppido valet; ita simpliciter tamen affirmari non potest.

## THES. II.

Parum æstimant ingenue, quid litteris Græcis Romanisque nostri debeant homines, qui lucem hujus temporis ope illarum parum jam indigere, statuunt.

## THES. III.

Ut Historiæ usum, tam Politicum quam Ethicum, maximum esse negari nequit; ita non minus manet certum, ex arte scriptorum illum pendere maxime.

## THES. IV.

Inter culturam linguæ vernaculæ diligentem, feliciterque cogitandi accuratam facultatem gentis cujusque, arctior est nexus quam solent plerique existimare.

## THES. V.

Generalissima quædam esse axiomata, ab omnibus hominibus facile agnoscenda, de quibus sanus nemo dubitare serio queat, contra Scepticos defendimus.

## THES. VI.

Quod in suam sæpe homines perniciem sponte ruerent videntur, non impedit, quo minus suæ felicitatis perpetuo eos duci studio, nec nisi bonum appetere, statui debeat.

---



ditationes paucis, qui Elogium ejus scripsit Vir Laudatiff. *Joh. Frid. Kryger* (Aminnelse: Tal öfwer Directeuren wid Landmåteri. Commissionen i Finland Herr Ephraim Otto Runeberg, hållit på Kongl. Wet. Academiens befallning), p. 29; si nimis a vulgari ratione recedere, novasque plane vias sibi aperire & perfequi, aliis videbitur, summi Platonis exemplum auctoritatemque advocabunt alii, nec subtili minus nostrum humanæ naturæ cognitione instructum, amorique patriæ vivido, non otiosis ingenii lusibus indulgentem, his semitis institisse, defendent. Nobilissima Vidua annuente, post mortem b. Auctoris Bibliothecæ Acad. asservanda miserunt ejus amici.

LXXXIII. Volumini, quod *Leges Regni Sveciæ* complectitur *Municipales*, Regis GUSTAVI ADOLPHI jussu typis editas, Stockholmæque a. MDCXVII in folio impressas, adjecta sunt scripta quædam calamo exarata, Juridici item argumenti. Qualia sunt: 3. *Glosa öfver Stadslagen*. 4. *Explicatio Juris Civilis Svecici dictata a JOHANNES SKYTTE*; opusculum rarius obvium. 5. *Norrköpings Stads Privilegier, confirmerade af Herr. JOHAN til Östergötthlandh*. 7. R. JOHAN III:s *Strå Ordning för Gullsnederne i Suderköpingh*, dat. Wadstena Slott then 23. Febr. a. 1587. Item *Strå Ordning för Gullsnederne i Stockholm*, af Borgmästare och Råd derstädes stadgad. Item *Statuta sartorum tonsatorumque* (urbis Sudercopiensis) Svecice. 8. *Sjörätten som på Gotlandh war*; idem *Jus Nauticum quod curatius edidit HADORPHIUS*, Stockh. 1689. Fol. — 9. *Siddört, thet är then högsta och elsta Siddrett (och) Skipmåla Lag* . . . . . *skapat och ordineratt fordom i Wiisby på Gottlandh* . . . . . *uthdragin aff Tydston på Swensko per M. MICHAELEM AGRICOLAM*, 12. Dec. anno 1549. Cujus interpretationis facit mentionem *Hadorphius* l. c. in



Præfatione. 10. *R. Carls Sampna rätt*, dat. a. Domini 1400. Non modo integrum & illæsum exemplum, sed & auctius multo atque plenius illo quod supra, p. 145 n. 12, indicavimus. Volumen hoc dono Bibliothecæ nostræ dedit Præcl. Dn. M. JOSEPHUS MOLLIN, Collega Scholæ Trivialis Wafensis dexterrimus.

LXXXIV. *Codex Legum Svecicarum Christophorianus*, (excepto tamen *Titulo Juris Ecclesiastici*) nitidissime scriptus, literis ad formam typis impressarum eleganter effictis (textad). Cui præmittitur Præfatio, in editionibus non exstans typis expressis, ac *Regule Judiciales*, cum aliis quibusdam præceptis, dictis, metris, proverbiiis &c. ad Judicem officii sui commonefaciendum accommodatis; nec non *Indice contentorum Legis*. Adjuncta, præter brevem explicationem obscuriorum Juris vocabulorum, reperiuntur edicta statutaque varii generis atque pretii; qualia sunt: 1. *Calmare Reces* af år 1474. (vid. ab *Hadorphio* editum *Jus vetus Municipale*, *Biårkda Rätten*, p. 56). 2. *R. Gustaf I:s Gårds rätt* (cfr. supra p. 145, n. 3); *R. Eric XIV:s Hof, Artiklar* (ib. n. 2); 4. *R. Eric XIII:s Gårds Rätt*; 5. *R. Carl IX:s — Artiklar med — Rikens Råd samtyske i Sverige &c.* numero VI; 6. *Nyköpings Reces*, af år 1537 (ita v. *Schmedeman* l. c. p. 6; noster *Codex* annum habet 1538,) cujus tamen hic nonnisi VIII articuli comparent; 8. *Ordinantia somgiordis i Westeråars i Herredagar*, anno Domini 1527; 9. *Westeråars Reces*, a. 1528 (*Schmedeman* p. 3); 13. *R. Johan. III:s Artiklar för menige Mann i Finland* 1575; aliaque præterea ejusdem generis; sententiæ quædam *Judiciales &c.*

Egregium hunc *Juris Codicem*, *Bibliotheca Academica* liberalitati debet *Amplissimi atque Consultissimi Dni*  
 NI-



NICOLAI CHRISTIANI GADD, Judicis Territorialis in Territorio *Saxmäkiensi* meritissimi.

LXXXV. Codex Chart. 4:tæ formæ, foliis constans XV, quibus lingua litterisque Grusinicis s. Georgianis (ipse vocant se *Kartvelt*) Historia Georgiana metricè exponitur: elegantissime scriptus. Frontisententia inscripta legitur, qua (lingua litterisque iisdem) nomen ætasque Auctoris, Carminis argumentum, atque locus ubi compositum est; hoc modo significantur: *Scriptum in septentrionali terra tractu in urbe Astrachan (a) anno 1771: Historia Georgiana, brevi tempore composita a Principe ALEXANDRO AMILACHORIS filio, qui tum annos natus erat XX, quique hæc perscribere officii sui esse duxit. (\*)* De pretio vel Carminis vel Historiæ iudicium adponere, mihi percipienti, ut linguæ penitus ignaro haud licet; raritate autem sese maxima commendare facile intelligitur. Literæ quodammodo referunt eas quas exhibet Orient. d. Occident. Sprachmeister (ed. a Jo. Frid. Fritz. Lips 1748, 8:o) Tab. æri incisa inter p. 76 & 77. Donum Præcl. Dn. M. CAR. FRID. MEINANDER, *Astron. ad R. hanc Acad. Docentis* dexterrimi

LXXXVI. *Recueil de Phrases Turques*. Hunc titulum gerit Codex Chart. in 4:o, qui ad b. ARCKENHOLTZIUM olim pertinuit, ad Bibliothecam nuper accessit Acad. Continet collectionem Phrasium Turcicarum, Latinis literis exaratarum; quibus e regione adjecta reperitur interpretatio earundem Francogallica.

G g 2

XXXII.

(a) Ubi captivus, nisi fallor, a Russis detentus fuit?

(\*) Latinis expressa litteris, ita fere sonare verba textus originalis, didicimus: *Agizera kvëkanasa tschrdiloietifasa samuitvosa kalaksaschina Astarchans zälsä 1771: zchovrsbä Karthveltha mziresa raisamä Chanisa tkmuli Aleksandres mier Amilachoris, cholozelni misni iunes 20 tumza martebz agzera mis*. Interpretatio, & partim lectio, Russo alicui debetur, linguæ Grusinicæ perito.



## §. XXXII.

Typis impressorum e numero librorum, quosdam *Raritatis* maxime nomine insignes enumerasse contenti, ad faciem porro depingendam Bibliothecæ præsentem pretiumque ac usum ejus summatim indicandum pergemus: *raritas* enim librorum scimus quam sit incertæ æstimationis, pro locorum, temporum, judicantium, amatorum ratione sæpe varians, quamque ambigui sint omnino pretii, qui præter hoc, nullo censeantur alio. Itaque paucis hac parte, (a more tamen recepto non prorsus recedere volentes), defungemur. Primum autem libros *seculo* quod vocant *Typographico*, prelo emissos nonnullos, quos supellex servat Academiæ litteraria, dabimus; titulis breviter plerumque indicatis: quorundam uberio rem vel ex vulgaribus indicibus atque Catalogis (b) haurire notitiam licet. Tales hæ sunt Editiones vetustæ Auctorum Romanorum, haudquaquam illæ pretio omnes destitutæ (c):

TERENTIUS cum Directorio — Glosa interlineari, — commentariis *Donati*, *Guidonis*, *Ascensii*. Argent. per Jo. Grüninger 1496, Fol. c figg.

LUCRETIVS cum commentariis *Jo. Bapt. Pii*. Bonon. in ergasterio Hieron. Bapt. de Benedictis, Platonici Bononiensis. 1511 Fol.

CICERO de Officiis, de Amicitia, de Senectute & Paradoxis. *Bened. Brugnolus* — castigavit &c. Venet. in edi-

(b) VOGT *Catal. Libr. rarior.* BAUER *Biblioth. Libror. rarior. universalis.* &c. Cfr. MAITTAIRE *Annal. Typogr.* passim.

(c) Conferri de iis possunt FABRICII *Biblioth. Lat. Ed.* ERNESTII; FUNCCIUS *de Adolescentia, Virili ætate, Imminente Senectute, & Vegeta Senectute Latina lingua;* passim.





edibus magistri Jac. Pencii, de Leuco oriundi. 1502. Fol.

EJUSD. Quæstiones Tusculanæ, cum commentariis *Phil. Beroaldi*. Venet. per Bartholom. de Zannis de Portesio. 1499. Fol.

EIUSD. De Finibus bonorum & malorum Libri V. Magunt (ed. Nic. Carbaecchio) per Jo. Schefferum 1520. 8:o.

EJUSD. Epistolæ ad Familiares, cum commento *Hubertini Crescentinatis* & *Martini Philetici* super Epistolis, & *Georgii Valle Alexandrini*. &c. Parisiis per Nic. de Pratis. 1510. Fol.

EJUSD. Orationum Vol. III. m; 1519. (Oratt. 33 — 57 &c.) It de Philosophia Vol. I. m (Acad. Quæstiones, Libri de Finibus, & Tuscul. Quæstiones). 1523. Utrumque Venetiis in ædibus Aldi & Andr. Asculani. 8:o

HORATHI FLACCI — Opera, cum quibusdam annotationibus imaginibusque. Argent. per Jo. Grüninger 1498. Fol.

Opera VERGILIANA, docte & familiariter exposita; Bucolica & Georgica a *Servio*, *Donato* & *Mancinello*, cum adnotationibus *Beroaldinis*: *Æneis* vero *Servii* Commentariis, *Phil. Beroaldi* Annotationibus, *Donati* enodationibus, *Aug. Datbi* introductione, cumque familiarissima *Jodoci Badii Ascensii* elucidatione. Access. *Maphei Vegii* liber addititius, cum Ascensianis annot. Venet. 1512, per Georg. Arrivabenum. (Præmittuntur *Culex*, *Diræ*, *Ætna*, *Civis* &c). Fol.

2. VERGILII MARONIS *Æneis* cum familiari expositione. Acced. *Maphei Vegii* *Æneidos* Liber XIII. f. a. & l. 8:o mai. l. 4:o.

3. LIVII Historiæ ab U. C. Decadis I Libri X, Belli Punico I. Decadis III Libri X, Belli Macedonici & Asiatici Li-



bri I, II, IV — X. Apud Alex. Minutianum (Mediol. 1505). Fol.

OVIDII Epistole Heroïdes, diligenti castigatione excolte, aptissimis figuris ornate. Commentantibus *Ant. Volscio Ubertino Crescentinate, & Omnibono*. — In Ibin vero ultra *Domitii* scripta, *Christoph. Zarothi* Declarationes. Venet. opera & impensa Jo. Tacuini de Tridino 1501. Fol.

EJUSD. Faistorum libri VI cum interpretationibus *Antonii de Fano & Pauli Marfi*. Ibid. 1502. Fol.

ASCONII *Pædiani* in Orationes Ciceronis Enarrationes. Cum *Georgii Trapezuntii* in Orationem pro *Q. Ligario* interpretatione, adnotationibusque ac Commentariis *Ant. Lusci* Vicentini in reliquas Ciceronis actiones. Impr. Luteciæ ap. Conr. Resch, industria & arte *Petri Vidoæ* 1520. Fol.

PERSIUS cum duobus commentis (*Jo. Britannici Brixiani, & Barthol. Fontii*). Impr. Venet. per *Pet. Jo. de Quarengis, Pergomensis*, 1495. Fol.

JUVENALIS Satyræ cum tribus commentis (*Ant. Mancinelli, Domitii Calderini & Georgii Vallæ*). Venet. per *Jo. de Cereto de Tridino*. 1494. Fol.

SENECE Omnia Opera. Venet. impressa 1492. per *Bernardinum de Coris de Cremona*. Fol.

EJUSD. Tragœdiæ, pristinae integritati restitutæ per — *D. Erasmus Roterodamum, Gerardum Vercellanum, Ægidium Macerium*. Explanatæ — tribus commentariis *G. Bernardino Marmita, Dan. Gaetano, Jodoco Badio Ascensio*. Imp. & industria *Ascensiana* 1514. Fol.

LUCANI *Pharsalia* — per *G. Vercellanum* recognita. Cum commentariis *Jo. Sulpitii Verulani, Phil. Beroaldi, Jod.*

*Jod. Badii Ascensii*, cumque annot. *Ant. Sabellici* &c. In ædibus Ascensianis 1514. Fol.

M. FABII QUINTILIANI Oratoriarum Institutionum Libri XII. Sine auctore a. & l. editionis. Fol. (ERNESTI, in *Fabricii Bibl. Lat.* L. II C. XV p. 269. laudat, & repetitionem esse docet *Fenfoniana* anni 1471.) Literæ initiales adpictæ sunt & quædam auro ornata.

MARTIALIS cum duobus commentis (*Domitii Chaldevini* & *Georgii Merula*. Impressit (Venetiis?) Jac. Pentius de Leuco 1503. Fol.

CATHO cum glosa & moralisatione. 8:o maj. f. l. & a.

APULEII *Afinus aureus*, cum *Pbil. Beroaldi* commentariis. Impr. Lutecie expensis Lud. Horken & Gottfr. Hictorpii, industria magistri Jo. Philippi. 1512. Fol.

GELLII *Noctium Atticarum* Libri XIX. Parrhisii per Nic. de Pratis (1517?) Fol.

SOLINUS de Memorabilibus mundi, diligenter annotatus &c. Parrhisii (apud Ascensium 1503?) 8:o maj. l. 4:o min.

PLUTARCHI *Vitæ*, post *Pyladen Brixianum* longe diligentius repositæ; cum majore verioreque indice. Nec non cum ÆMYLII PROBI (CORNELII NEPOTIS) *Vitis*. In chalcogr. Ascensiana, idibus Novemb. 1514. Fol.

JULII FIRMICI *Astronomicorum* Libri XIII. MANILII *Astronomicorum* Libri V. *Arati Phænomena*, GERMANICO CÆSARE interprete, cum commentt. & imaginibus. *Ejusdem* phænomenon fragmentum, M. T. CICERONE interprete. *Ejusd.* Phænomena Græce, *Theonis* Commentaria in *Arati Phænomena*, Græce, *Procli*  
Dia-



*Diadochi Sphæra*, Græce. *Ejusd. Sphæra*, Tbo. *Linacro* interprete. Venet. in ædibus Aldi 1499. Fol.

BOETHII — Libri V de Consolatione Philosophie — una cum commentaria editione per me Johannem de Koelhoff de Lubek in sancta civitate Colonia diligenter elaborati 1482. Fol.

EJUSD. de Consolatione Philosophie Liber, cum optimo commento b. Thome. Argent. 1491. 4.0.

Quibus addantur:

DIOGENES LAERCIUS, Latine. Venet. impressus per Phil. Pinzi, sumt. Bened. Fontana 1497. Fol.

PLOTINI Operum Philosophicorum Libri LIV, in VI Enneades distributi. Latine, ex interpretatione & cum commentatione *Marsilii Ficini*. Sumtu Laur. Medicis, impr. ex archetypo Ant. Miscominus, Florent. 1492. Fol.

E reliquis, ad hanc classem pertinentibus, indicasse satis fuerit hos qui sequuntur:

*Dyalogus Creaturarum moralizalus*. 4.0 (d).

Li-

(d) Quoniam læsum est hoc exemplum (figuris rudissimis, coloribus etiam allinitis, ornare opus editor voluit), & ultima inprimis folia defunt, non possumus certo quidem hactenus definire, (quod alias editiones cum hac comparandi non fuit potestas), utrum editio sit Stockholmenfis a *Job. Snell* impressa, an ea antiquior Coloniensis a. 1481, industria & impensis Conradi de Hombroch e prelo emissa: sed pro Stockholmenfi tamen potius habendam putamus. Cfr. interim V. STIERNMAN *Tal om de Lårda Wetenst. tilstånd i Swea Rike* &c. p. 111. 199.



*Libri Missales Ecclesie Aboënsis*, quos Episc. *Conradus Bystz* — per *Dan. de Egber*, alme Univerf. Parisienfis S. Theol. Professore optimè correctos, — per Barthol. Ghotan in inclita civitate Lubecensi impressos, auctoritate ordinaria approbavit & confirmavit &c. 1488 Fol. (e).

Volumen omnium celestium *Revelationum* — Sancte *Birgitte*. — Lubece impr. Bartholom. Ghotan 1492. Fol. (f).

*Breviarium alme Ecclesie Arosiensis*. Basil. per magistrum Jacobum de Phortzheim 1513. 8:o maj. (g).

BIBLIA, Latine, 1479. Fol. sine mentione a. & l. impressionis. In fine versus leguntur noti: *Fontibus ex Græcis Hebræorum quoque libris* &c. (cf. *Bauer T. I. p. 91.*)

BIBLIA integra, summata, distincta, superemendata, utriusque Testamenti concordantiis illustrata. Basil. per Joh. Froben de Hammelburck 1491. 8:vo.

BIBLIA diligentissime emendata: cum concordantiis non solum ejusdem, sed & Juris Canonici, summariis —

H h

Lug.

(e) Cfr. v. STIERNMAN l. c. p. 59. Ubi tamen *Breviarium Aboënsis* perperam vocatur, (nisi aliud opus in manibus ille habuit, eodem tamen loco & anno, ab eodem Typographo impressum, iisdem subjunctis versibus; quod vix credibile videtur): per errorem etiam in ultimo subscriptionis versiculo pro *Gbotan* (quo nomine hunc sese Typographum appellasse, vel ex iis quæ ipse habet p. 41, discere poterat) legit *Johan*, ipso sensu refragante; in nostro exemplo *Gbotan* perspicue legitur.

(f) Cfr. v. STIERNMAN l. c. p. 41. sqq.

(g) Cfr. v. STIERNMAN l. c. p. 60.



Lugduni in officina Jacobi Mareschal, anno D:ni 1019 (1509?) 8:o.

HARTMANNI SCHEDEL Liber Cronicarum— Anth. Koberger Nuremberge impressit &c. 1493. Fol. c. figg.

Thesaurus, Cornu Copiæ, & Horti Adonidis. Græce. Venetiis in domo Aldi. 1496. Fol.

FRANC. DE PLATEA Libri Restitutionum Usurarum & Excommunicationum. Colonie per Joh. Colhoff. 1474. Fol.

Der Sachsenspiegel, mit samt den cautelen und additionibus *Bockstorff*. — Augsp. durch Hannsen Schonsperger 1496. Fol.

MISSALE secundam Diocesim *Warmiensem*. Argent. per Frid. Bumbach, 1497. Fol.

LAUR. VALLÆ de vero bono Libri III. De Libero Arbitrio Dialogus. In Poggium Apologus. Lovanii 1483. 8:o maj.

ANTONINI Archiep. Florent. Opus de eruditione confessorum. — Acced. *Jo Crisostomi* de penitencia. &c. Memming. per Alb. Kunne de Duderstat 1483. 8:o maj.

5. Tractatus solennis de arte & vero modo predicandi, ex diversis sacrorum doctorum scripturis, & principaliter — *Thome de Aquino* recollectus. Ibid. 1483. 8:o maj.

JOHANNIS *Veneti* Opusculum: nosce te. (Heidelb. 1489) 8:o maj.

*Mamotrectus*. Venet. per Franc. de Hailbrun 1483. 8:o maj.

ROB. CARAZOLI DELICIO Ep. aquinat. sermones de laudibus Sanctorum, Venet. per Bernardin. Benalium 1490. 40.



ESOPUS moralizatus cum bono commento. In profesto Bartholomei 1490. 8:o maj. (sine mentione loci).

FRANC. DE MAYRONIS Sermones, ab Adventu cum Quadragesimali usque ad IV feriam post Pascha. Venet. per Bernardin. de Novaria 1491. 4:o.

S. VINCENTII (FERRER) Tractatus de vita & instructione pie in Christo vivere volentium. Magdeborch arte Mauricii Brandis 1494. 8 o.

ANGELI DE CLAVASIO (Carleti) Summa Angelica de Casibus Conscientiar. Argent. per Mart. Flach, 1495. Fol.

*Discipuli* (JO. HEROLTI) Liber de eruditione Christi fidelium. Arte & imp. Hermanni Bungardt de Retvijch, Colonie impr. 1496. 8:o maj.

Textus sequentiar. cum optimo Commento. Bas. 1497. 4:o. It. Hymnor. expositio, cum notabili Commento &c. ibid. per Mich. Forter 1497. 4:o.

ALEXANDRI DE VILLA DEI, Grammatici, Doctrinale pro eruditione puerorum. Venet. per Jo. Rubeum Vercellens. 1497. 4:o (l. 8:o maj.)


Liber florum b. *Bernhardi*. Impr. est presens opus solerti opera Phil. Pigoueti, imp. vero communibus ejus & Durandi Gerleri 1099 (1499?) XII calend. Decembris. 8:o.

Quibus addendas has antiquas editiones judicavimus, intra primum fere vicennium Seculi XVI typis vulgatas:

(JACOBI DE VORAGINE) Lombartica Historia. Impr. per Anth. Koberger Nurnb. 1501. Fol.

(PETRI COMESTORIS) Historia Scholastica. Argent. 1503. Fol.

ALBERTI MAGNI super Marci Evangelia Postilla. Impr. expensis Jo. Rynman de Oringaw in Hagenaw, Henrici Gran — in officina 1505. Fol.



SABELLICI Rhapsodiæ Historiarum ab orbe condito Enneades XI. In ædibus Ascensianis 1504. Fol.

SEBAST. BRANT Navis Stultifera, ab Jac. Lochero Latinitate donata, & ab Jod. Badio Ascensio — illustrata. Cum figg. Impr. (Basil.) per Nic. Lamparter 1406. (1506). 4:0.

*Psalterium* Quincuplex, Gallicum, Romanum, Hebraicum, Vetus, conciliatum (studio JAC. FABRI *Stapulensis*) cum Expositione. In clariss. Parisiorum Gymnasio ex chalcotypa Henr. Stephani officina — emissum. 1509. Fol.

In Proverbia Salomonis *Rob. Holcoti*, seu *Thome Gualesii* — Explanations. Parrisiis in edibus Ascensianis Jo. Parvi & Jo. Frellon 1510. 8:0 maj.

(GREG. REISCHI) Margarita Philosophica nova. Argent. 1512 exc. Jo. Gruninger. 8:0 maj.

EUSEBII Cæsar. Ep. Chronicon — *Prosper & Matthæus Palmierius & Matthias Palmerius & Jo. Multivallis* complura — adjecere. — Per Henr. Stephanum — nec non Ejusd. & Jod. Badii — expensis. 1512. 4:0.

VALESCI DE THARANTA Practica Usualis. Lugd. per Jac. Myt. 1516. 8:0.

POLYDORI VERGILII de inventoribus rerum Libri III. Impr. Parisiis pro Cl. Chevallon 1517. 8:0 maj.

WOLFG. FABRITII CAPITONIS Hebraicarum Institutionum Libri II. Bas. ap. Jo. Frobenium 1518. 4:0.

PET. DE CRESCENTIS von dem nutz der ding die in ackern gebuwet werden; von dem nutz der Bunsent; von der kultur, art, gebrauch und nutzbarkeit aller gewächs, fruchten, thieren 2c XII Bücher. Gedr. zu Strasburg durch Jo. Schott 1518. Fol.

Familiarium Colloquiorum Formulæ, & alia quædam per





)

(



per. DES. ERASMUM *Roterodamum.* Paris. apud Henr. Stephanum, expensis Conradi (Resch) Basiliensis, mense Febr. 1518. 8:0 maj.

BARTOLOMEI *Anglici* (GLANVILL) de proprietatibus rerum. Lips. impr. Wolfg. Monacensis, 1518 Fol.

LUD. DE VARTHEMA, Bolognese, Itinerario ne lo Egipto, ne la Suria, ne la Arabia deserta & felice, ne la Persia, ne la India, & ne la Ethiopia. Stamp. in Venetia per Zorzi di Ruscone, Milanese, 1518 8:0.

Viaggio de Venetia al sancto Sepolchro &c. Stamp. per Nicolo ditto Zopino & Vincentio compagno (Venet.) 1518. 8:0.

BORCHARDI Alimani (*de Monte Sion*) Descriptio Terre Sancte eidemque adjacentium regionum. Venet. in edibus Jo. Tacuini de Tridino 1519. 8:0. (b).

ALB. KRANZII *Wandalia.* Colon. 1519, mense Aprili. Fol.

PTOLEMÆI Liber quadripartiti. (i). It. Centiloquium. *Hermetis* Centiloquium &c. *Almanforis* CL propositiones. *Zabel* de interrogationibus. &c. *Messaballach* de receptionibus planetarum. &c. Venet. sumtibus Hered. Octaviani Scoti — & socior. 1519. Fol.

Hh 3

JO.

(b) Eundem librum possidet Bibliotheca Ac. excusum una cum *Bartholomæi de Salignaco*, Equ. Galli, Itinerario Hierosolymitano (Ed. *Reinero Reineccio*) Magdeb. 1577. 4:0.

(i) Alia, illa quoque rarior editio, in Bibliotheca Acad. servatur: CL. PTOLEMÆI de Prædicationibus Astronomicis — s. quadripartitum, Libri IV. Gr. & Latine, *Pbil. Melanbone* interprete. *Ejusd.* Fructus Librorum suorum, s. Centum dicta, Gr. & Latine, ex convers. *Joviani Pontani.* Basil. per. Jo. Oporinum 1553. 8:0.



JO. MESUE cum Expositione *Mondini* super Canones Universales, ac etiam cum expositione *Christoph. de Honestis* in Antidotarium Ejusdem. Additiones *Pet. Apponi & Franc. de Pedemontium*. Antidotarium *Nicolai* cum expositione *Platearii*. *Joannes de S. Amando* super Antidotarium *Nicolai*. — Compendium Aromatorium *Saladini*. Impr. Lugduni industria *Bilberti de Villiers*, impens. *Vincentii de Portonariis de Tridino de Monteferrato*. 1519. Fol.

*Breviarium* juxta lectionem ordinariam Chori *Arhusiensis*, — correctum &c. per *Melchiorum Blumme*, artis *Calchographie* magistrum, impensis Capituli *Arhusiensis*. *Arhusie* 1519. 8:o.

**THEOBALDI** Episcopi Physiologus de Naturis XII Animalium. 8:o maj. sine loci & anni ment.

**REGINONIS** Annales (curante *Sebast. de Rotenban*). *Mogunt.* in ædibus *Jo. Schoeffer* 1521. Fol.

*Canones Apostolorum*, Veterum Conciliorum Constitutiones, Decreta Pontificum antiquiora, de primatu Romanæ Ecclesiæ. *Mogunt.* in ædibus *Jo. Schoeffer*. 1525. Fol. (k).

Ex reliqua copia librorum, qui raritatis laude passim celebrantur, quorumque non parvam Bibliotheca nostra vim possidet, satis fuerit sequentes, speciminis loco, quasi per lancem saturam enumerasse, (quorundam præterea, alio consilio postea fiet mentio):

FRANC.

(k) Possidet etiam Bibliotheca Academica: *Constitutiones S. S. Apostolorum*. Doctrina Catholica a **CLEMENTE** Rom. Episcopo & cive scripta, Libris VIII. *Franc. Turriani* Prolegomena & explanationes apologeticæ in easdem Constitutiones. *Græce. Venet. ex off. Jordani Zileti* 1563. 4:o.



FRANC. GEORGII (ZORZI) *Veneti* de Harmonia Mundi totius Cantica III. Paris, ab Andr. Berthelin 1543. Fol.

MARINI MERSENNI Quæstiones — in Genesim. Lutet. Paris, sumt. Seb. Cramoilly 1623. Fol. Pagg. 670 — 276 mutat.) *Ejusd.* Observationes — ad *Fr. Ge. Veneti* Problemata. Ib. 1623. Fol.

L. OSIANDRI Refutatio Scripti Satanicæ a Franc. Puccio, Filindo, in lucem editi — quo Epicureismum invehere conatus est. Tubing. 1593. 4:0.

FRANC. GLISSONII Tractatus de Natura Substantiæ Energetica &c. Lond. 1672. 4:0.

GUST. SELENI Cryptomenytices, & Cryptographiæ Libri IX. Lunæb. 1624. Fol.

GILB. COGNATI Opera. Tomi III. Bas. 1562. Fol.

PET. APIANI & BARTHOL. AMANTII Inscriptiões Sacrosanctæ Vetusstatis. Ingolst. 1534. Fol. c. figg.

HIERON. HENNIGES Theatrum Genealogicum. Tomi. IV. Magdeb. 1598. Fol.

GIOV. DI BARROS Asia, de' fatti de' Porthoghesi nello scoprimento & conquista de' Mari & Terre di Oriente. Di lingua Porthoghesi tradotta dal. S. Alfonso Ulloa. Venet. 1562. 4:0.

GIOV. VILLANI Historie Universalis de suoi Tempi, — con diligentia ricorretta &c. da M. Remigio Fiorentino. Venet. 1556. 4:0.

ANT. A WOOD Historia & Antiquitates Universitatis Oxoniensis. e Theat. Sheld. 1674. Fol.

JAC. DE STRADA Epitome Thesauri Antiquitatum. &c. Lugd. 1553. 4:0.

OCTAV. STRADÆ Hierographia s. Symbola varia &c. Tomi III, Pragæ 1601, 1602, 1603. Fol. c. Figg.

GER.



GER. DE ROO *Annales rerum* — ab Austriacis Habsburgicæ gentis Principibus gestarum. *Libr. XII. Oenoponti exc. Jo. Agricola 1592. Fol.*

*Historia de los Reyes Godos.* — por JULIAN DEL CASTILLO. *Burgos 1582 Fol.*

DIEGO SAAVEDRA FAXARDO *Corona Gothica Castellana, y Austriaca, politicamente ilustrada. P. I. impr. en Munster, en Casa de Juan Jantonio 1646 4.º.*

GABR. BARTH. GRAMONDI *Historiarum Galliarum ab excessu Henrici IV:ti, Libri XVIII. Tolosæ ap. Arn. Colomerium 1643. Fol.*

*Historiæ Regni Boemiarum* — Libri XXXIII. (Auct. JO. DUBRAVIO Ep. Olom.). *Prostannæ in Off. Jo. Juntheri 1552. Fol.*

*Bibliotheca Homiliarum & Sermonum præcorum Ecclesiæ Patrum* — LAUR. CUM-DII Itali primum opera collecta, & post ejus abitum a GER. MOSANO — ad finem perducta. *Tomi IV. Lugd. ex off. Juntarum 1588. Fol.*

FLAVII CHERUBINI *Compendium Bullarii a Laërtio Cherubino Patre editi. Tomi III. Romæ ex typ. Cameræ Apost. 1623. Fol.*

*Index Auctorum damnatæ memoriæ, tum etiam Librorum qui vel simpliciter vel ad expurgationem usque prohibentur, vel denique jam expurgati permittuntur. Editus auctoritate D. FERD. MARTINS MASCAREGNAS. &c. Ulyssip. ex off. Pet. Craesbeeck 1624. Fol.*

MUSLADINI SADI *Rosarium Politicum, s. amœnum sortis humanæ Theatrum. Persice. In Lat. versum necessariisque rebus illustratum a Georg. Gentio. Amstel. ex typogr. Jo. Blæy 1651. Fol.*